



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

Quarta & vltima deuolutio ex Pont. decreto & speciali eius rescripto, ac
aliqua de stylo signaturæ iustitiæ no[n] iniucunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

iudex appellationi deferat, vel pars appellata, ex ca. saepe de appella. Rota decis. 38. fuit dubitatum de appell. in no. Et tunc licet terminus praefigatur ab homine, non est ipse terminus, qui deuoluat causam, sed *delatio ipsa iudicis siue partis: & termini praefixio vim habet peremptoriae citationis, vtroque notatur. d. l. clem. saepe de foro comper. & decis. 38. Et omni casu emissa appellationis huiusmodi tam iudicialis, quam extrajudicialis, iuxta vel extra formam. d. clem. causam, admittuntur omnes exceptiones & excusationes contra similes appellationes, & eorum intimationes, quae alias admitterentur contra citationem & eius executionem d. clem. saepe cum nota.

Quarta & vltima deuolutio ex Pont. decreto, & speciali eius rescripto, ac aliqua de style signatura, iustitiae non iniucunda.

C A P. I X.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficiales causae super articulo deuolutionis non desiderant iudicis interloquutionem, profana vero sic.
- 2 Praxi ad effugiendum necessitatem interloquutionis super deuolutione, tam in beneficialibus, quam profanis.
- 3 Rescriptum aduocatorium vitio subreptionis redditur in so iure nullum. & nu 14.
- 4 Metus iuramento probatur, vbi per horrescentiam narretur.
- 5 Lite pendente aduocatur causa per principem.

L 4

6 Prim-

- 6 Princeps non presumitur causam aduocare, ubi ipsius causae status narratus non fuisset. & num. 17.
- 7 Araxis ad fugiendam narrationem status causae, in petitione aduocationis causae.
- 8 Clausula, statum & merita causae, & causarum pro expressis habentes.
- 9 Causa instructa quando dicatur.
- 10 Causae, quae in Rom. Cur. aduocantur.
- 11 Clausula, una cum toto negotio principali, cum suis incidentibus, emergentibus, &c. quid operetur.
- 12 Causa semel commissa in curia, non extrahitur.
- 13 Pupilli, viduae, ceteraeque miserae personae ab inferiore ad maiorem iudicem causas trahere possunt, si iurant aduersariorum potentiam perhorrescere.
- 15 Rescripta quot modis impugnentur.
- 16 Causa status principi narrandus est.
- 17 Princeps, ubi de negotio certior factus non fuerit, non obstantibus quibuscunque, clausulis praevius inferre non presumitur.
- 18 Princeps cognoscendo causam ad se aduocare videtur.
- 19 Iudex delegatus rescripti formam excedere non debet, falli tamen.
- 20 Iudex delegatus si delinquit in territorio iudicis ordinarii, ab ipso puniri potest.

Ceterum & extra viam appellationis, per specialem commissionem Papae contingit causas in Roma, curia esse, quae commissionis

missiones caussarum in beneficialibus generaliter dantur, & per eas committuntur causæ, ut causæ, ut plurimum Auditoribus sacri palatii, idque passim, si causæ adhuc coepta non sit, neque pèdeat in partibus, causæ enim beneficiales sui natura cognoscendæ atque tractandæ sunt in curia. Rota decis. 267. si possessor de appellat. in no. Quare * nec aliàs desiderant iudicis interlocutionem super articulo devolutionis, prout prophana, in qua si talis interlocutio omittatur, processus redditur nullus. Rota decis. 736. de sententia & re iud. in an. Ideo * ad diffugiendam necessitatem dictæ interlocutionis in prophanis, & in beneficialibus quoque, ut evitent periculum omissionis formæ. d. clem. causam, inolevit practica, qua procuratores solent in derogatorijs clausulis ipsius commissionis adijcere clausulam, non obstante quòd causæ non sit legitimè ad curiam devoluta, quodque non esset in ea de sui natura, vel aliàs, de iuris necessitate tractanda.

Quòd si causæ sit in partibus iam coepta, & hodie ex communi stylo si causa beneficalis sit, dantur commissiones aduocatoria, a ubi quis narret perhorrescentiam, vel aliàs non speret in partibus iustitiæ complementū cōsequi. Staph. cart. 159. & 172. Et in huiusmodi commissionibus aduocatorijs solent cauti procuratores breuib. agere b propter subreptionis periculum, quæ * rescriptum aduocatorium reddit ipso iure nullum, ita ut nullam tribuat iurisdictionem absq; aliqua exceptionis ope. Cassa. decis. 1. de rescrip. Et ubi * narretur perhorrescentia, potest is, qui narrat in quacunque iudicij parte, ac etiam post

L 5

senten-

sententiam in secunda instantia iurare, & acta
 quæ præcesserunt, si bñ sunt, ex indulto Innoc
 6. in extrauaganti sua de facultate. Audito, rota, &
 in eo capite, in quo iuratum fuerit, quicquid in
 iurantis conscientia relinquemus. Rota decis.
 42. si impetratur de rescrip. & commissio, in no.
 neque audiretur altera pars, si veller de contra
 rio docere. Rota decis. 79. nota quod ubi quis
 impetrat de rescrip. in anti. Nec * aliàs requiritur,
 quod in commissionibus aduocatorijs huius
 iusmodi expresse dicatur de aduocatione, sed sa
 tis est narrare litis pendentiam coram alio iudice,
 quo casu, si Pontifex super tali narratione rescribat,
 & causam alteri committat, illam aduocasse
 censetur. Rota decis. 67. si petatur de rescrip.
 in no. Staph. car. 17. suo eodem libello, & ratio
 potest esse, quia satis constat de mente committentis
 alteri causam, quæ narratur alibi pendere,
 quod voluerit eam à priori iudice aduocare,
 ne continentia causa diuideretur, contingeretq;
 multiplicatio vtrobiq; processum, c. pastoralis. ca. contingat cū nota. vtrobiq;
 de rescrip. c. Quod tamen perpetuum nō est, sed
 duntaxat ubi * Principi narratus fuisset status
 causæ & processus, nō enim aliàs præsumemus
 voluisse causam aduocare. c. causam de offi. de
 leg. c. inter monasterium de re iudi. Amplius ne
 diu in causa non ceteretur aduocata, sed rescriptum,
 & omnia inde sequuta coram nouo iudice essent
 ipso iure nulla. Quare * mos & praxis inoleuit,
 qua cauti causarum Patroni in precibus petunt,
 vt causa committatur in statu & terminis,
 in quibus reperitur, qua defenditur commissio,
 ex quo iudex stantibus illis verbis nō poterit

terit in causa procedere, nisi per transportationem actorum certificet se de statu in quo causa reperitur, & in quo reassumere eam possit, quare perinde videtur, ac si processus & status causæ fuisset narratus & expressus. l. nominatim de cond. & demon. Rota. 382. nota quod licet causa committatur de commissio. in antiq.

Quæ tamen clausula adhuc satis non erat, ubi essemus in commissione aduocatoria in totum, Rota decis. 214. si causa committatur in statu, in quo erat de rescrip. ad lit. in no. Quamobrem alia inoleuit practica ad fugiendam huius narrationis necessitatem, ut in calce commissionis addamus clausulam. * Statutum & merita causæ & causarum huiusmodi pro expressis habentes, super qua si Pontif. de aduocatione rescribat, videtur nihilominus ex certa scientia rescribere, Butr. con. 2. Cassa. decis. 10. in regula de triennali, & cum simili clausula defendimus commissionem, etiam si causam in totum à priori iudice auocaret. Rota. d. decis. 214. in no. Generaliter tamen Pon. & Signatura sua consuevit in similibus commissionibus aduocatorijs addere clausulam. Dummodo causa non sit instructa. Dicimus * aut causam instructam, ubi pro altera parte pronunciari posset, & pro illa essent probationes factæ. c. pastoralis de caus. pos. & propriè, & quidè ambiguus esset status causæ, si de hoc questione cōtingeret, & dissolutio plurimū à iudicis arbitrio pēderet. Quare inoleuit practica ad euitandā ambiguitatē huiusmodi, ac etiā ut aduocatio facilius reddatur, qua in corpore signatorē pręuenimus, & loco dictæ clausulæ dicim⁹, corā priore iudice ad nōnullos actus processum citra
tamen

tamen causæ conclusionem, cuius clausulæ utilitas esset, quod per commissionem suam causam etiam instructam aduocaret, & certiorum ac vltiorem exprimit causæ statum, conclusio enim expresse fieri solet, & sequitur probationes vtrinque factas & per eam vltiori probationi renunciamus, ad ea, cum dilectus extra de fide instrum. cap. 2. de resti. in integ. libr. 6. & clem. sæpe de re iudi. tradit Staph. de lit. gratia & iusticia, cart. 161. Verumtamen vidi ferè passim posteriorem clausulam veluti captiosam à Signatoribus deleri, & priorem dummodo scilicet causa instructa non sit, in eius locum surrogari.

Verum faciliore semper in aduocatione causarum se reddit Signatura, vbi causa, quam nitimur ad curiam aduocare, aliquo modo ac aliqua in curia existente dependeat, emergat, vel aliud secum commune habeat, quare solent causarum patroni vbi possint in ipsis aduocatorum commissionibus aliquam dependentiam adferre, & compertam narrare.

Sed & quæ de Signatura in causis beneficiis supra diximus, certis tamè legibus in prophanis quoque vltu recepta sunt, & certis casibus similiter prophanas causas in curia committit, si coepta non sint in partibus, & coeptas quandoque etiam aduocat, quas hic obiter attingemus, utpote.

10 Si * partes consentiant Aegi. decis. 21. de foro compe. vel si dissentiant, sint tamen præsentes in curia, quo casu committit signatura causam in curia, etiam si laici essent ex quibus suis partibus Rota decis. 595. Dominus Urbanus de commissio. in anri. Vel

Vel caussa sit inter subditos Romanæ Ecclesiæ vel ardua, vel altera pars, quæ instat perhorrescat potentiam aduersarij in partibus.

Sed & extra subditos vbi clerici conquerantur de laicis, & sæculares iudices in ministranda eius iustitia difficiles, vel caussa sit Cardinalis, qui pro commissione instet.

Vel si viduarum, pauperum, ac miserabilium personarum, similes enim personæ sub protectione Ecclesiæ degunt, & dantur commissiones in eorum prophanis causis, etiam si esset de re feudali, de qua coram domino Feudi ex natura rei agendum esset.

Solemus autem in aduocationibus plurimum affectare appellationem ab aliqua iudicis de partibus interloquutione, utpote dum iudex se competentem pronunciaret, iuxta glossam in authentica exhibita. C. ne filius pro patre, ut sumpta huius appellationis occasione vnà cum articulo grauaminis causam quoque negotij principalis à priore iudice reuocemus. Quare inoleuit mos precum, ut in commissione post illa verba causam & causas appellationis & appellationum, addamus clausulam, * Vnà cum toto negotio principali, idque ne continentiarum causarum diuiderentur. l. nulli. C. de iudi. c. i. de sequestra. poss. Staph. de literis gratiarum & iustitiarum car. 161.

Amplius dixerim vbi in commissione non à supplice nec à Signatore adiecta esset hæc clausula, sed tantum daretur de commissione appellationis, etiam à grauamine iudiciali vel extrajudiciali, censeretur nihilominus datum de aduocatione negotij principalis, si maximè in commissione adessent solitæ clausulæ vnà cum suis incidentibus,

dentibus, dependentibus, emergentibus, annexis
& connexis. Aegid. decis. 619. de rescrip.

Nunquam tamen per similes commissiones
causae habentes clausulam, una cum toto nego-
cio principali, censebitur aduocatum ipsum ne-
gocium principale, & iudici grauaminis com-
missum, nisi in euentum iustificati grauaminis
& iustae appellationis à prioris Iudicis inter-
uentione Aeg. conclu. 319. si auditorij & alia
quenti, Rota decis. 11. fuit dubitatum de appella-
tione in no. Nec propterea dixerò superflua ea verba
una cum toto negotio principali, quasi de iure
in esset, quod iudex appellationis futurus est
totius causae in euentum iustificati grauaminis
cap. vt debitus de appel. Aegid. enim ubi sit
respondet. ca. vt debitus in iudice appellationis
ordinario tantum loqui, secus d. autem est in
legato, qui formam sui rescripti excedere nequit
& nisi adderetur ea clausula, Una cum toto
negotio principali, non posset nisi de ipso grauamine
cognoscere, possentque litigatores, si velles
ad priorem iudicem redire. Aegid. d. conclusio.
Quamobrem vsu receptum est in Romana Curia,
vt quando commissioni adiecta esset praedicta
clausula, una cum toto negotio principali, etiam
non iustificato grauamine, & postquam
iudex grauaminis pronunciaffet malè appella-
tum, causa nihilominus & negotium principa-
le non reuertatur ad priorem iudicem, sed
maneat in Curia. Fel. in c. causamque, de rescrip.
Aegid. conclu. 48. processus de iudicijs, & ratio
potest esse, quia ex antiqua obseruantia causa
semel commissa in curia non extrahitur nisi
maxima difficultate, Rota decis. 321. si appella-

de appellatio, in not. & nisi ex potenti causa po-
tius facti, quā iuris, utpote, si ei, qui causam cu-
rauit, committi in curia iuberent domini eius
temporales, ut solent Veneri, ut à prosecutione
curiali desisteret, sed in partibus ageret. Simili
enim casu consuevit signatura causam remitte-
re, prout asserit Staph. obtinuisse suo libello de
litteris gratiæ & iustitiæ, car. 171. ea, ut opinor,
ratione, ut causa quæ de facto ex Romana Cu-
ria erat omnino reuocanda, pro tuenda sedis iu-
risdictione, videatur potius ex decreto signatu-
ræ remissa quā de facto reuocata, vel forsā ve-
rius & Pon. malitiæ dominorum temporalium
occurrat, & quasi de peccato ipsorum diminuens
velit. Ideo suo consensu effici, resque in malum
non transeat exemplum, quandoquidem solet
apud Ecclesiam peccatum ratione exempli gra-
uius esse.

ANNOTATIONES.

Vbi quis.) Vidue, * pupilli, ceteræque miserrabiles
personæ, si aduersus riorum potentiam s. per horr. se-
cere iurant, eorum cause ab inferiore ad maius tri-
bunal aduocantur. l. vna. ibique Docto. C. quando Imperat.
int. pupil. & vid. & habetur latè per Afflict. in const. reg.
Neap. St. tuimus. 2. Feder. Senen. const. 150. Responde pater
Gem. in c. statutum, §. cum verò, numero. 7. de rescri. in 2.
Agid. decis. 48. Fel. in cap. accedens. 2. num. 17. ut lit. non
contest. Couar. lib. pro ff. quæst. ca. 6. & 7. ubi hac de re
loquutissimè, & per Papaz. in add. ad Rotæ decis. 3. de re-
scrip. ubi post Agid. ait, quod contra p. rhor. scientiæ iura-
mentum probatio in contrarium admittitur, cum tale iustu-
randum præsumptionem iuris & de iure nequaquam ope-
retur. Nicol. Anton. Grana.

Propter subrep.) Rescripta * per subreptionem im-
p. tr. 12,

petrata, necnon ab eis omnia subsequuta ipso iure nulla est
testatum reliquit Olav. consil. 257. factum tale est, domi-
nus N. cui Feli. assipulatur in ca. ad audientiam. 2. num. 31.
de rescrip. & est communis opinio teste Bern. Diac. in res.
445. ex Innocen. & ceteris in d. cap. ad audientiam. quan-
trifariam amplia, & bifariam limita, ut ibi per Felin. Que-
quidem subreptio ipso facto gratiam quoque vitiat, cap. con-
stitutum. ibi, irritum decernatis, eod. titu. & cap. si mon-
proprio. ibi, vires nolumus obtinere, de preb. in 6. quod con-
probant Card. consil. 96. Rom. consil. 306. Dec. in cap. con-
stitutus, in princip. de rescrip. notant Doct. in cap. super lit-
ris, eo. & Cal. con. 78. colum. & Ias. in l. & si legibus, na-
mero 1. C. si contrarius vel util. pub. Sic etiam & obrep-
quinimo ea magis rescriptum vitiat, ut per Butr. in cap. ex
parte, de capel. monach. Gozad. consil. 2. nume. 25. & Peri-
consil. 1. num. 7. lib. 1. Ceterum * si tu cumulatè quot mo-
contrarescripta de subreptione excipi possit, legere cap.
Host. consil. las in summa tit. de rescrip. num. 30. ubi vult
supra centum enumerat modos. Verum animadvertendum
erit, quod non sufficit de subreptione solùm excipere, sed
quiritur quoque, ne dum ab expressa, sed à tacita rei iuris
appellare, cum expressè, aut tacitè rei iuris contingat, qua
te appellatione processus nullius redderetur roboris, ali-
minimè, ut est Doctorum receptior opinio quicquid nomi-
è regione dixerint, de qua meminerunt Abb. in cap. ceteri
numero 9. eod. tit. & Felin. in ca. suborta. num. 4. de re iud.
Nam simplex protestatio ad reddendum processum nullum
haudquaquam sufficit, veluti idem Abb. in cap. cum olim,
not. de off. deleg. & cap. ex parte. 2. colum. 1. de appell. &
Felin. in cap. Ecclesia Sancte Marie. col. 2. versic. nec ex-
satur, de const. Nic. Anto. Graua.

Com.
opi.

e
16 Quod tamen.) Et adeo verum est, quod * principi-
causæ status narrari debet, ut locum etiam sibi vendicet
in rescripto essent clausule motu proprio, ex certa scientia
de plen.

de plenitudine potestatis, & clausula nō obstantibus, ut prae-
clare per Cur. consil. 49. col. 22. versi. decimotertio Dec.
consil. 576. in fin. Gozad. consil. 5. numero 15. & Rot. decis. 230
Papae confirmando in nō. Nam * princeps, ubi negocij ac
causae certior factus non fuerit, dictis non obstantibus clau-
sulis, praedictum inferre voluisse nunquam praesumitur,
sed rescriptam subreptitiē impetratum fuisse intelligitur,
quemadmodum citae concludunt auctoritates, & traditur
per Alexan. consil. 125. in fili. 2. Corn. consil. 189. Colū. 3. lib.
4. Bald. in l. fin. col. 2. C. senten. res. in, uon poss. Dec. in cap.
de confirmationibus num. 10. de confirmat. utili. vel inutili.
Suarez alleg. 12. num. 9. cum seq. cū tales clausulae in his,
quae in facto consistunt, nihil operentur, de quibus principem
notitiam habere non praesumitur. Confirmatur hoc ex his,
quae à Ias. scribuntur in l. si quisquam. ff. si quis caut. & Go-
zad. consil. 62. num. 17. & d. consil. 5. num. 89. & 26. Unde
à Principe, ut causa ipsa aduocata intelligatur, ipsius narran-
dus est status, alias illam aduocare voluisse nequaquam est
praesumendum. Verū * Princeps causam cognoscere inci-
piens, ad se eam aduocare videtur, teste Innocent. in ca. cum
M. Fer. ubi Dec. num. 36 in secunda conclusione de const. i.
demq; Dec. consil. 137. & Cald. consil. 7. titu. de praeben. per
cap. ut nostrum. de appella. & est communis opinio, ut Ri-
pa scribit in d. c. cum M. Fer. numero. 97. idcirco attentata
deinde coram inferiore reuocantur, ut Immo. & De. ubi su-
pra explicant. Nec non & Ripa num. 96. ubi extendit etiā
si inferior ipse aduocationem ignorasset, & hanc esse commu-
nem sententiam ait, Quam tamen cum temperamento intel-
ligendam docet, si motu proprio à Pontifice fieret aduocatio,
secus si ad partis petitionem, & sic frequentiore calculo à
Doctoribus receptum esse testatur. Et dixit Aegid. decis. 139
Causam esse deuolutam procedendo ad vltiora, sic ut eam
index reassumere videatur. Quinimò per solam commissio-
nis praesentationem, alia absque citatione censetur deuoluta,

M

ut ab

17

18

Com.
opi.

Com. opi.

ut ab eodem Aegidio docemur, decis. 567. Nicolaus Antonius Grauatius.

d
19

Secus autem.) Clarum est, quod * si rescripti forma iudex delegatus excedat, gesta per eum nullum pondus habent. cap. cum dilecta. ubi Docto. de rescrip. conferunt scripta per Rotam decis. 648. dic. quod si in antiq. Guid. Pa. decis. 70. Afflict. decis. 355. & Dec. consil. 681. col. si. limit. tamen hoc, ut per Felin. in d. cap. cum dilecta. & cap. cum lim de offic. deleg. nisi litigatores in his, quae eorum fauor concernunt, non contradicerent. Nam tunc mandati forma transgredi posse, Felin. comprobatur, cautum erit igitur diffinitio, atque protestari. Quem * quidem delegatum in iudicio procedentem, siue delinquentem, iudex ordinarius in suo territorio punire iure poterit, etiam si principis esset delegatus ut Aufre. autumat, in accusationibus ad decis. Thol. 421. & Boer. decis. 9. num. 5. Sed huic opinioni obesse videtur, quod à Bar. Baldoque proditum est in l. ult. ff. de rer. diuis. quod diuisa iurisdictionis administratione, unus alterum delinquentem punire nequaquam potest, & est communis opinio teste Felin. in cap. prudentiam, num. 4. de offi. deleg. quod quid dixerit aliter sentiens Rota decis. 153. nunquid si dicitur no. Confert & Cald. dictum in cap. 1. de rap. ubi Archiepiscopus delinquens in episcopi diocesi non efficitur episcopi subditus. ut ab eo poena affici valeat. Nicolaus Antonius Grauatius.

20

Com. opi.

quētem punire nequaquam potest, & est communis opinio teste Felin. in cap. prudentiam, num. 4. de offi. deleg. quod quid dixerit aliter sentiens Rota decis. 153. nunquid si dicitur no. Confert & Cald. dictum in cap. 1. de rap. ubi Archiepiscopus delinquens in episcopi diocesi non efficitur episcopi subditus. ut ab eo poena affici valeat. Nicolaus Antonius Grauatius.

Appellationem ab interlocutoria in pluribus distare ab appellatione à diffinitiva.

C A P. X.

S U M M A R I U M.

1 Appellatio generalis à quibuscunque grauaminibus non valet.

2 Clar.